

Alte Drucke

**Disputationis VI || THESES || DE UNIONIS
HY=||POSTATICÆ EFFECTO, || Quas || AuSPICE CHRISTO ...
|| ET || REVERENDO CLARIS-||SIMOQVE VIRO || D. ...**

Huber, Samuel

Witebergae, [1593]

VD16 ZV 30732

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148431

Disputationis VI

609 16

THESES

DE UNIONIS HY-
POSTATICÆ EFFECTO,

Quas

AUSPICE CHRISTO *θεοβοηθως*

ET

REVERENDO CLARIS-
SIMOQUE VIRO

D. SAMUELE HUBERO

HELVETIO, S. S. Theologiæ Professore
publico, PRAESIDE, proposuit
defendendas

M. IOANNES VVEZELIUS VVI-

*tebergensis, S. Theologiae studiosus, & illustriss.
Electoris Saxoniae alumnus,*

IN

*Celebri VVitebergensium Academia, ad diem
25. Aprilis, Anno 1593.*

VVITEBERGÆ,
Typis Zachariæ Lehmanni.

DE UNIVERSITATIS
POSTALICA LIBRARIO
Admonitio ad Lecto-
rem candidum.

Ferant pauca aliqua exemplaria festinanter excusa, ubi per
incuriam irrepsert, qua expungenda erant, & maturè
occurrimus: Si quis itaq, ea sit adeptus, meminerit ad istam
formam ea corrigenda esse. Has enim, quas jam vides, defendimus
Theses

691

DE UNIONIS HYPOSTATICA
TICAE EFFECTO, DIVINISSIMA
videlicet illâ COMMUNIONE aut
Idiomatum κοινωνίας.

THESIS I.



VIONIS HYPOSTATICAЕ *μυστηριον* (cujus forma in mutua, *ἰδιωτι* & perfectissima, inconfusa tamen & inseparabili duarum CHRISTI Naturarum *ὑποστατικῆς* copularum *κοινωνίας* consistit) Nuper est explanatum. Iam admiranda hujus unionis effectum Nostrâ *σοφιστικῆ* est dispiciendum, quidnam inde consequatur. Divinissimum enim cum sit opus ista *ἰδιωτις*, Non sine insigni quadam operatione aut effecto fuerit oportet.

II.

EFFECTUM autem istud ex unione personali consequens est Mystica & Divinissima quædam *κοινωνία*, in utriusq; Naturæ idiomatibus, operationibusq; & Humanitatis assumæ *ὑπεροψῆς* consistens.

III.

Que *κοινωνία* in Rei veritate ita facta est, ut nihil hinc ficticii (aut verbalitatis) statuere sive comminisci liceat. Nam cum unio verissime facta sit, effectum ejus Nunquam profecto comminicium erit.

IV.

Oriuntur ex unionis consequente Enunciationes quædam certæ & Singulares, sive Inusitatæ, hoc est; quæ nec ad communes nec ad figuratas loquendi formulas referuntur, sed peculiarem sibi in Theologia, ubi res Disparatæ unitæ earumq; affectiones enunciantur, vendicant locum: Quibus tamen nihilominus id, quod revera est, verè exprimitur.

V.

Voces, quibus istæ Enunciationes constant, personam aut Naturæ CHRISTI denotant, Concreta & Abstracta vulgò dicta.

VI.

Quibus Persona CHRISTI incarnati adsignificatur, sunt Duplices: Quædam ab utraq; Christi Naturæ denominationem habent, cujusmodi sunt: IESUS sive Servator, Redemptor, Rex, Sacerdos, Pastor, Caput, Magister, Mediator, Immanuel, *Ἰσχυροειδής*, &c.

Quaedam voces ab alterutrâ Christi naturâ sumuntur, & vel à divinâ; Quales sunt: λόγος Filius DEI, DEVS in hypostasi Trinitatis secundâ, Dominus de coelo, Auctor vitæ &c. Vel ab humanâ, veluti sunt, Homo, Filius Hominis, Maria, Davidus, secundus homo, Christus, servus Dei &c.

VIII.

Abstractæ voces, quibus sigillatim natura nominantur, sunt: Divinitas, Divina τὸ λόγος Natura, vel assumens, Spiritus: Aut, Humana Christi natura, vel assumpta humanitas, caro, corpus, sanguis, semen Mulieris, Abrahae, Davidi &c.

IX.

Ceterum κοινωία isthæc consequens est utriq; Naturæ communis, vel Humanitati Christi soli singulariter competens.

X.

Viriq; Naturæ communis κοινωία est, qua utriusq; Naturæ assumptæ & assumptæ, proprietates & operationes communicantur & quidem Toti Personæ Christi. Consistit ea in proprietatibus & operationibus: unde alia est κοινωία idiomatum, alia operationum.

XI.

Κοινωία ἰδιωματικῆς est, qua alterutrius Naturæ idioma essentialiter toti personæ communicatur, sed additâ distinctione; secundum hanc vel illam Naturam.

XII.

Enunciationes huius κοινωίας concretis vocibus ab alterutrâ, naturâ denominatis efferuntur, Putâ, Quando idioma divine naturæ adscribitur concreta voci ab humanâ denominatæ, ut: Filius Hominis est æternus, Creator cæli & terræ &c. ubi additur distinctionis Nota, secundum divinam Naturam.

XIII.

Vel, Quando idioma humane tribuitur concreto divine, ut: Filius DEI genitus est ex semine David, Dominus gloria est crucifixus, Auctor vitæ interfectus, Ipse λόγος vitæ oculis visus & manibus contractus, semper intellige, secundum humanitatem assumptam.

XIV.

Εἰς ἀλλοτρίαν quidem est hæc κοινωία, excludens tamen omnem Cinglianam aut sufficientiam ἀπολαϊσίου, quasi nominetetur duntaxat hæc ita dicantur. Nam si Filius DEI non reverâ natus est ex Mariâ virgine, non verè passus, mortuus, non reverâ resuscitatus &c. Tum nec vera nec sufficiens pro peccatis nostris satisfactio Christi est. Atqui hoc est falsissimum, Igitur & illud. Proinde non φερόμενον nec duntaxat sunt istiusmodi Enunciationes, sed RERUM, RERUM inquam verissimorum.

verissimorum

613

Verissimarum. Hinc id, quod natum est ex Mariâ, Filius DEI vocatur. Luc. 1. vers. 35. Hinc Maria Θεοτόκος sive Mater DOMINI est & appellatur Luc. 1. v. 43. Non enim Φιλόσ ανδραγωγος genuit, sed ipsissimum DEI Filium, intellige tamen juxta carnem assumtam,

XV.

Κοινωνία ενεργειών est, qua utraq; utriusq; Naturæ ενεργειν ad producendum unum αποτελεσμα concurrens toti personæ communicatur, secundum utramq; naturam.

XVI.

Ad omne enim Christi incarnati αποτελεσμα sive officii munus, ut dua Natura, ita & dua ενεργειαι concurrunt: Quæ non seorsim, sed conjunctim producunt unum effectum θεανθρώπων. Agentè videlicet unâ naturâ cum communione alterius id, quod ejusq; est proprium.

XVII.

Enunciaciones τῆς κοινοποιήσεως iidem concretis vocibus, sed ab utraq; natura denominatis constant, additâ explicatione, secundum utramq; Naturam, ut: Christus est Mediator, Redemptor, Rex, Pastor noster, Iusticia nostra, non secundam alteram, sed utramq; naturam. Nam si una solum natura sine ministerio alterius officium illud perficeret aut perficere potuisset, nil opus fuisset ενσαρκώσεως unigeniti Filii DEI.

XVIII.

Κοινωνία, quæ assumptæ Christi naturæ saltem obtigit, est, qua eîdem per unionis gratiam summa perfectio & infinita Maiestas est communicata. In sacris literis nominatur illa κοινωνία υπερύψωσις, unctio, item τελείωσις: A Theologis nostris communicatio Maiestatis.

XIX.

Et ne hoc μυστήριον de Maiestate pro figmento aestimetur, Scriptura causas edocet. Fuit enim ευδοκία & beneplacitum DEI, ut omnis plenitudo τῆς λόγῃ in Christo habitaret, Colos. 1. v. 19. Fuit item æquum & justum, ut qui summâ ignominia (licet summam habens Maiestatem adeoq; in ipsa DEI Forma existens) innocentissimus in statu exinanitionis affectus erat, Esa. 52. v. 14. Esa. 53. v. 2. vicissim post exantlatos labores & superatos dolores omnes Esa. 53. v. 11. summâ gloriâ exornaretur, Hebr. 2. v. 9. 10. Philip. 2. v. 8. 9. Apoc. 5. v. 12.

XX.

HUMANITATI autem Christi (in λόγῳ semper existenti) Maiestas isthac communicata est. Nam hac erat natura assumpta, quæ ut inferior ad meliorem statum evahi poterat. Contra divinitati τῆς λόγῳ nihil omnino vel perfectionis vel imperfectionis confertur: Quippe quæ semper est excelsissima & perfectissima & immutabilis.

A ij

Itaq;

Itaq; licet *humana* DOMINI *Cara* καὶ αὐτὸς sit *Majestatis*, suam tamen
 non contra eradidit τὸ λόγῳ imbecillitatem; Sed *CARNI* potius, *CARNI*,
 inquam, μεγάλη πρεσβύτη facta est, ex unione cum Verbo.

XXII.

Hinc Scriptura sacra in hujus gloria descriptione, digito quasi monstrat
 Naturam *Majestatis* participem. Nonnunquam enim periphrasi quadam
 notat Naturam, puta, in qua Christus natus, humiliatus, mortuus, resuscitatus
 &c. fuit Hebr. 2. v. 9. Philip. 2. v. 9. Quandoq; manifesta ἀπολογία subin-
 ducat, videlicet: Quia *Filius Hominis* est, Iohan. 5. v. 27. Interdum expres-
 sissime naturam assumptam glorificatam nominat. Iohan. 6. v. 51. & 53. Colos. 1.
 v. 22. Hebr. 9. v. 13. 1. Iohan. 1. v. 8. Accedit præterea quod hæc *Majestas*
 Data, Donata, Tradita Christo, & quidem in tempore demum per unio-
 nem & Sessionem ad dextram DEI legitur. unde perfectio manifestissimum est,
 non posse in illo mysterio intelligi divinam τὸ λόγῳ naturam, quæ est ἀπορροὺς in
 seipsa, & ab æterno in æternum perfectissima.

XXIII.

Porrò ut à primo unionis Memento assumpta natura verè καὶ αὐτὸς facta est
 τῷ χαρακτήρι τῷ λόγῳ, ita & eodem momento *Majestatis* ejus. Verùm, cùm in
 statu ταπεινώσεως nobis omnibus omnino similis fieri, excepto peccato, debuerit
 Hebr. 2. v. 17. & habitu inveniri ut homo, mortem item subire crucis Philip. 2.
 v. 8. *Majestas* illa per carnem semper exeri aut manifestari nec debuit nec potuit.
 Mansit tamen nihilominus salva & integra, etiam in infimo humiliationis gradu,
 præterquam, quòd aliquandiu fuit occultata & clam quasi detenta.

XXIV.

Perfectio & *Majestas* humanitatis Christi proficitur ex innumeris
 iisq; divinissimis Privilegiis atque dotibus collatis, quæ carnem
 Christi omnibus modis perficiunt & extollunt.

XXV.

Χαρίσματα sive Dotes communicatae sunt tum insitæ, de quibus loquitur
 Psalmus 45. v. 8. & Esa. 11. v. 2. tum inhabitantes Ioh. 3. v. 34. Colos. 2. v. 9.

XXVI.

INSITAE DOTES sunt, quæ in Carnem Christi effusæ
 sunt, & huic ut subjecto insunt vel inhærent: Sunt verò illa & animi &
 corporis nobilissima & perfectissima Dotes, licet creativæ & finitæ, omnia tamen
 omnium creaturarum atq; angelorum etiam dona sua perfectione & copia supe-
 rantes, Esa. 11. v. 2. Psal. 45. v. 8. Ioh. 1. v. 16. Colos. 1. v. 18.

XXVII.

INHABITANTES DOTES, quæ assumptæ humanitati non insitæ aut in susa sunt, sed modo quodam ἀγγέλιον καὶ κοινοῦ ἔργου communica-
tæ, vt inhabitent, Coloss. 2. v. 9. sunt divinissimæ ipsius λόγου proprie-
tates & operationes, XXXVIII.

Non dubitat equidem affirmare Apostolus, universam plenitudinem divini-
tatis συμπληρώσας in Christo habitare, adeo ut, quidquid λέγειτο sit & in tota
divinissimæ suæ ὑποστάσεως plenitudine possident, id omne Carni, quam intra
complexum suum perpetuo fovet, communicavit, non semetipsum evacuando, sed
συμπληρώσας in templo sui corporis, tanquam in proprio domicilio, inhabitando.

XXXIX.

Verum enimvero Scriptura etiam sigillatim & εἰδικῶς τὴν ιδιωματικὰ ἔργα
opera Filii DEI recenset, qua carni velit esse communicata, & quidem non
tantum ratione exposita διανοητικῶς, sed etiam χεῖρως. Quorundam enim idioma-
tum atq; operum divinorum usus foras progreditur ad creaturarum gubernatio-
nem.

XXX.

Modum istius admiranda κοινότης nobis ineffabilem & incompre-
hensibilem esse agnoscimus, verissimum autem Deoq; facillimum credimus
& consistemus. Interim tamen Eutychanam confusionem & Physicam idioma-
tum transfusionem, quas nobis Calumniatores Calvinistæ affingunt, omnino re-
pudiamus.

XXXI.

Idiomata divina, quæ Carni communicantur, sunt: Omniscientia,
Coloss. 2. v. 3. Iohan. 2. v. 25. Iohan. 21. v. 17. Omnipotentia, Iohan. 13. v. 3.
Matth. 28. v. 18. Omnipræsentia, Matth. 28. v. 20. Ephes. 4. v. 10. Matth. 18.
v. 20. Apoc. 1. v. 13.

XXXII.

Deinde etiam in operum divinorum κοινότης assumpta est Caro Chri-
sti. Nam λόγος post elevationem suæ carnis ad dextram DEI (salvo exinanitio-
nis statu) opera sua non perficit & exequitur, nisi in carne, cum carne &
per carnem. Sic nempe fuit εὐδοκία unigeniti Filii Dei, Esa. 53. v. 11. Act. 2. v. 22.

XXXIII.

Huiusmodi opera sunt: Prædicatio verbi divini Esa. 42. v. 1. Matth. 7. v. 28.
Luc. 4. v. 22. Iohan. 6. v. 68. Institutio Sacramentorum Matth. 28. v. 19. Matth. 26.
v. 26. & seq. Collectio aut vocatio & conseruatio Ecclesie Mar. 16. v. 15. & 20.
Act. 2. v. 47. Ioh. 10. v. 27. & 28. ἀπολόγησις, Gen. 3. v. 15. Act. 20. v. 28. Inter-
cessio, Coloss. 1. v. 20. & 22. Rom. 3. v. 25. Iustificatio Matth. 9. v. 6. 1. Ioh. 1.
vers. 8. Hebr. 9. v. 14. Illuminatio sive Spiritus sancti donatio, Ephes. 4. vers. 7.
Iohan. 1. v. 16. Iohan. 20. v. 22. Vivificatio Iohan. 6. v. 51. & 35. 1. Cor. 15. v. 22.
& 45. Item omnia Miracula à Christo edita, quàm diu in hisce terris visibili cum
hominibus consuetudine est versatus, Act. 2. v. 22. Act. 10. v. 38. Iuua 5. vers. 17.



Luc. 6. 19. Visibilia effusio Spiritus sancti in primitiva Novi Testamenti Ecclesia,
Act. 2. v. 33. 1 pbes. 4. v. 8. Gubernatio rerum & creaturarum omnium, Mat.
11, v. 26. Matth. 28. v. 18. Psal. 8. v. 7. 1. Corinth. 15. v. 27. Executio nevissimi
Iudicii Iob. 5. v. 22. & 27. Act. 10. v. 42.

XXXIV.

Itaq; & illud est de Majestate humane Natura, quod illa est ipsius
Filii Dei proprium, Immediatum, Inseparabile, Nobilissimum,
Aptissimum, συνεργων καὶ ενεργηθρον θεωνων, efficaciter agens & coope-
rans ex divina ενεργεια, quam per κοινωνιαν divinissimam à λογω fortis-
tur.

XXXV.

Deniq; enumeratas hasce Dotes divinissimas Carnis Christi quasi αποδρασε
comitantur η μακαριότης καὶ δόξα ιπικτησθαι, itidem Humanitati τῷ λογω commu-
nicata.

XXXVI.

BEATITUDO carnis assumta est transcæleste, quod habet
cum sacrosancta Trinitate, commercium & perpetua coelestis
gaudii participatio. Ioan. 14. v. 7. 10. & 23. Ioan. 17. v. 5. & 22. & 24.
Cujus beatitudinis particulam senserant & gustarant tres ejus discipuli Matth.
17. v. 4. & Paulus 2. Cor. 12. v. 4.

XXXVII.

GLORIA Naturæ assumta est, Tum summa ejus Auctoritas sive
Primatus in omnibus sive Nomen super omne Nomen Colof. 1. v. 18.
Philip. 2. v. 9. Psal. 8. v. 1. 6. & 10. Hebr. 1. v. 4. Tum Adorationis κοι-
νια, ut videlicet Caro assumta unica cum & in λογω λατρευα adoretur.
Philip. 2. v. 9. Hebr. 1. v. 6. Ex Psal. 97. v. 7. Dan. 7. v. 14. Apoc. 5. v. 12. & 13.

XXXVIII.

Atq; hac est illa summa Perfectio & infinita Majestas humane
Christi Naturæ communicata: Quæ non essentiam aut essentielles carnis
proprietas tollit, sed potius extollit, non interficiet sed perficit: Neq; τῷ λογω
suâ Majestate privat, licet omnî communicetur, manet tamen Majestas τῷ λογω
Propria, Neq; cedit in despectum aut ignominiam DEI, sed potius in gloriam,
Neq; naturas exaquat. Quandoquidem infinitum semper manet discrimen.
λόγω enim 1 est ipsa ὑπερωδης Majestas, & habet hanc 2 à seipso, 3 in seipso,
4 Propriam, 5 Naturaliter, 6 ab æterna usq; æternitate, 7 retinetq; eam
semper & ubiq;. Caro autem Christi 1 est Majestatis particeps, 2 quam ha-
bet non nisi à λογω, 3 in λογω, 4 ut ιπικτησθαι sive Donatam, 5 per unionis
gratiam, 6 in plenitudine temporis, posteaquam assumta est in λογω, 7 illamq;
ad tempus in statu humilitatis occultavit.

F I N I S.